Quelle: http://manuscripta.at/?ID=5233
Copyright: Wien, Schottenstift (Benediktiner)

Miserere mihi dne quoniam infirmus sum · sana me dne · quoniam
conturbata sunt ossa mea Et anima mea turbata est valde ·
et tu dne usququo Convertere dne et eripe animam meam ·
salvum me fac propter misericordiam tuam Quoniam non est in morte qui
memor sit tui · in inferno autem quis confitebitur tibi Laboravi in
gemitu meo · lavabo per singulas noctes lectum meum · lacrimis meis stratum meum rigabo Turbatus est a furore
oculus meus · inveteravi inter omnes inimicos meos Discedite
a me omnes qui operamini iniquitatem · quoniam exaudivit dnus vocem
fletus mei Exaudivit dnus deprecationem meam · dnus orationem
meam suscepit Erubescant et conturbentur vehement[ter] omnes inimici
mei · conversentur et erubescant valde velocit[er] ant Recedite
dno in furore et exinanite eum qui timet eum Ps[alm] Domino et
dixit dnus nolo mortem peccatoris sed ut magis convertat[ur] et vivat
Tpepa · Alla alla alla alla Ps 3a ad p[rima] ant
18 Domine dns meus in te speravi Ps 1 m[agnificat] Dne dns
salvum me fac ex omnibus persequentibus me et libera
me Ne quando rapiat ut leo animam meam · dum non est qui
redimat nec qui salvum faciat Domine dns meus si feci istud ·
si est iniquitas in manibus meis Si reddidi retribuentibus mihi mala
decidam merito ab inimicis meis inanis Persequatur
inimicus anima mea et comprehendat · et conculcet in terra vitam
meam · et gloriam meam in pulverem deducat Exurge domine
in ira tua · et exaltare in finibus inimicorum meorum Et exurge
dne dns meus in precepto quod mandasti · et synagoga
populorum circumdabit te Et propter hanc in altum regredere dns
iudicat populos Iudica me dne secundum iustitiam meam